

170
gravi benef. 18. de mod. amit. benef. n. 43. Petr. Gregor. Tolosan. de benef. c. 26. n. 12. Nicol. Garz. in cod. tract. p. 11. c. 10. n. 170. Gotzal. ad reg. de monf. glof. 15. n. 58. & cum textus noster hac in parte restringat se ad Clericos, hinc deducitur ut laici falsantes litteras Papae, poenam privationis officiorum ac dignitatum minime incurrant, ut hic per Marianum Socinum, numero decimo septimo & decimo octavo.
40 Octavo nota in vers. Ita quod, aliam poenam specialem Clericorum falsantium litteras Papae, nam de crimine convicti, praevia degradatione iudiciali Ecclesiastica traduntur Curiae seculari secundum Constitutiones legitimas puniendi, ut in littera, scilicet ultimo supplicio seu poena mortis naturalis, ut hic innuitur; & tenet glossa in verbo Legitimas, Host. n. 8. dicens in falsario rescripti Principis magnitudinem criminis exigere supplicium capitale. Butr. n. 16. vers. Et imponitur talis poena. Anchar. n. 2. in 3. not. ubi se remittit ad glossam; & Joannes de Anan. n. 11. vers. In eadem glossa; & est speciale in hac specie falsitatis secundum Abbatem n. 9. quem sequitur Afflict. dec. 404. n. 20. in fin. & n. 21. & idem tradunt Salicet. in l. Majorum n. 1. post med. vers. Et si quaras, cod. ad leg. Cornel. de fals. Boer. dec. 82. n. 6. Duenna in reg. 290. in l. limit. ad fin. Grammat. dec. 27. n. 10. & ita passim servatur, teste Farinac. in pract. crim. lib. 5. de fals. q. 151. n. 4. licet Joannes de Anan. in rubrica circa finem, dicat non servari isto casu, ut Clericus Curiae seculari tradatur, prout illum refert Jul. Clar. in §. fin. in pract. q. 36. n. 14. vers. Videmus etiam; & eodem modo hac verba legitima poena, id est mortis in Clerico incorrigibili exponit Abb. antiq. in c. cum non servari ista poena, in verbo legitima de iud. & ita habet hic unum ex tribus casibus in quibus de iure communi Clericus degradatur & traditur Curiae seculari, etiam non expectata incorrigibilitate. Alios duos habet hic in glossa in verbo Tradatur, unum scilicet in cap. ad abolendam supra de haeret. & alium ex c. Si quis Sacerdotum 11. q. 1. & hanc dicit esse theoricam Doctorum Guill. de Benedictis post tertiam partem repetitionis, capite Raimundus de testam. in questione de homicidio, numero 3. & seqq. & Jul. Clar. dista questione 36. vers. Scias etiam; & istos tres una cum aliis pluribus per Constitutiones Apollolicas inductis posuit in c. cum non ab homine ad num. 68. de iud.
41 Sed hic insurgit dubitatio, nunquid hac poena degradationis & traditionis Curiae seculari puniendus sit Clericus qui falsat litteras Apollolicas per alium, an vero ille tantum qui falsat illas per seipsum, Host. hic n. 6. in verbo per se supplet vel per alium, quia per se ipsum facere videtur, argumentum huius textus hic per se vel alios & c. Passoralis, §. Præterea in fine, supra de offic. deleg. & c. Malteris supra de sent. excom. & sic tenet Host. hanc poenam degradationis pariformiter imponendam esse Clerico, si sine falsis litteras per se sine per alium; & hanc opinionem approbat Joannes Andreas in summa textus & n. 2. in verbo vel alios, dum allegat regulam Quis per alium de reg. jur. lib. 6. & n. 3. in verbo per se ubi similiter supplet vel per alios; & sequitur Antonius de Butrio in fine, Ancharanus in secundo notabili; & est communis opinio Doctorum, ut inquit Marianus Socinus n. 19.
Sed certe huic opinioni valde obstat littera textus dum loquendo de Clericis dicit. Qui per se falsitatis vitam exercuerint, nam in vers. praeced. generaliter praemisit de committentibus falsitatem per se vel alios infligendo poenam excommunicationis deinde in vers. Statuentes, dum imponit aliam poenam clericis, simpliciter loquitur de falsariis; & ita haec quoque secunda poena locum habet in falsantibus tam per se, quam per alios, sed tandem in vers. Ita quod, dum subiungit gravissimam poenam degradationis actualis & traditionis Curiae seculari non repetit illa verba, per se vel alios, ut fecit in prima poena, nec loquitur simpliciter, ut fecit in secunda, sed expresse dicit, qui per se, & c. ergo in hoc tertio casu videtur absolute excludere falsantes per alios; alioquin ad quid hac diversitas loquendi? Unde poena talium Clericorum qui per alios falsificant ultra excommunicationem & privationem officiorum & beneficiorum, videtur dependere a dispositione aliorum iurum, quia quod non ministrat, sec. l. Sancimus Cod. de testament. l. Praecipuus in fin. Cod. de appellat. & in hoc tandem, licet cogitandum relinquat, videtur resistere Marian. Socin. hic n. 19. cum tribus sequentibus; & quamvis n. 22. dicat opinionem Host. fore esse magis tenendam quia in iure etiam in delictis videtur equiparari qui per se facit & qui per alium ideoque dispositio facta in uno videtur extendi ad reliquum ut notatur in l. Si quis servo, Cod. de iureiur. in c. 2. supra de mutui petition. & in concordantibus per eum allegatis; tamen haec non possunt applicari casui nostro in quo textus constituit ex rellam differentiam inter memoratas poenas & in tertia tantum se restringit ad falsantes per se; unde suppletio illa, vel per alios, corruptum litteram &

suppletiones ad Decretales non sunt permittit, Clem. Ne Romani, hic, vel addi de elec. & qui supplet corrigi, ut in Authen. de non alienand. in princ. Brixien. in repertorio in verb. Suppletio, & hac opinio mihi magis placet, tum quia est magis amica litterae, tum quia poena non sunt extendende de casu ad casum, sed potius restringendae, cap. Odis & c. in panis, de reg. jur. lib. 6. Afflict. decif. 21. n. 7. & in specie hac poena degradationis non imponitur nisi in casibus in iure expressis, ut dixi supra n. 56. vers. Tamen responderi potest; & hic casus Clerici falsantis per alium non reperitur expressus, quin potius exclusus per hanc litteram.
Nono nota hic, per quam & laici, specialem casum, 44 in quo laicus subicitur foro Ecclesiastico id est cum delinquit in re Ecclesiastica falsando litteras Apollolicas, ut hic per Butr. n. 4. Anchar. in 5. notab. Abb. n. 4. & Marian. Socin. n. 16. alios casus in c. fin. de except. lib. 6. & in summa 11. q. 1. & per Abbatem, in c. Cum sit generale de foro compet. Hoc autem in casu laicus est puniendus per Curiam laicalem secundum constitutiones legitimas, ut 45 in textu, id est poena legis Corneliae quae in sermo est ultimatum supplicium, & in libero homine est deportatio & omnium bonorum publicatio, ut in l. 1. §. fin. ff. ad leg. Cornel. de fals. & in l. Ubi falsi, Cod. eod. & in §. Item Lex Cornelia de falsis institut. de publ. iudic. & hic notant glossa in verb. Legitimas, & sequuntur omnes doctores, ut dicit Mar. Socin. n. 8. qui tamen declarat dictum glossa de deportatione, ut procedat in libero homine nobili, aut in dignitate constituto; sed in homine ingobili & plebeio est poena damnationis in metallum, Per l. Si quis aliquid §. Qui vivi, ff. de panis & notat Butr. in d. l. 1. §. fin. n. 1. ff. col. Afflict. decif. 21. n. 8. Poena tamen deportationis hodie non est in usu, nec alicui imponitur de consuetudine, ut per alios attestatur Jul. Clarus in pract. crim. §. Falsum, ut per alios attestatur Jul. Clarus in pract. crim. §. Falsum, ut per alios attestatur Jul. Clarus in pract. crim. canon. fol. 13. c. n. 8. & Jul. Clarus in §. fin. q. 67. vers. Item damnatio; unde secundum eum in praesentia. vers. Sed quare, ubi adiunt statuta superius disposita, imponenda est poena expressa in ipis statutis, alioquin imponenda est poena consueta, quali hoc arbitrio iudicis relinquatur.
Decimo nota in §. Qui vero, poenam eorum qui falsis litteris Apollolicis utuntur, nam si Clerici sint, officii & beneficii spoliatur, id est per sententiam, ut exponit Innocentius hic in fin. in verb. Spolientur, Host. n. 10. Ioan. Andr. n. 4. Card. n. 1. in eod. verb. & alii communiter quod nota ad limitationem eorum, quae de hoc verbo, spolientur, dixi in c. Ad abolendam n. 29. supra de haeretico: si vero sint laici, sunt ipso facto excommunicati, ut ostendunt verba illa, tamdiu manent excommunicati falsi, & c. Et tenent hic Innoc. in fin. Abb. n. 6. Mar. Soc. n. 23. Ioan. Andr. Butr. Card. Anchar. & omnes in sum. textus, quod intelligit, si abusu non desistunt infra viginti dies, per c. Dura, §. fin. supra eod. sed hoc non placet, quia textus in d. c. Dura, non loquitur de his qui falsis litteris utuntur, sed de habentibus litteras falsas & non lacerantibus, seu distribuentibus vel restituuntibus & tales nullam excommunicationem incurrant, nisi sit lata a iudice, prout hic dicitur, cum termino viginti dierum, sed textus noster in §. Qui vero, procedit in his qui scienter utuntur falsis litteris & tales, sunt laici, sunt ipso facto excommunicati, ut in textu & hic declarat Abb. num. 9.
Et ex hoc deducitur, ut si sint Clerici qui falsis litteris scienter utuntur, non sint excommunicati, quia textus iste aperte distinguendo inter Clericos & laicos vult, ut falsis litteris utentes, si Clerici sint officii & beneficii spoliatur & nihil dicit de excommunicatione, si vero sunt laici, excommunicationi sint subiecti, ergo Clerici hanc poenam excommunicationis non incurrant, ergo opinio magis placet Abbati, n. 6. ne Clerici duplici poena conterantur, contra textum in cap. At si Clerici, §. De Adulteris, supra de iudicis, & quia in poenis benignior pars est eligenda, c. Poena de panis. dist. 1. licet Host. hic n. 10. in verb. Excommunicationi, teneat etiam Clericos falsis litteris utentes esse ipso iure excommunicatos eique ad stipulenter Ioan. Andr. n. 5. Card. n. 1. in verb. Laici & Mar. Soc. n. 23. ea ratione, quia Clerici magis delinquant, sed prime opinioni Abbatis magis favet ista littera.
Ex praedictis collige tres differentias inter falsantes litteras & falsis litteris utentes. Prima differentia est, quia falsantes litteras si sint Clerici, siue laici, sunt ipso facto excommunicati, ut dixi supra in 6. notab. utentes vero falsis litteris, si sint laici excommunicati sunt & in hoc concordant omnes; si vero sint Clerici, secundum opinionem Abbatis non sunt excommunicati, ut dixi supra n. 50.

Secunda differentia quia falsantes litteras si Clerici sint, officii & beneficii sunt ipso iure privati, ut dictum est supra in 7. notab. sed utentes falsis litteris non sunt privati ipso iure, sed privandi per sententiam huiusmodi, ut similiter dictum est supra, n. 47. Tertia differentia quia falsantes, si sint Clerici, actualiter sunt degradandi, ut patet ex dictis supra in 8. notab. Utentes vero hac poena degradationis & traditionis minime puniuntur, ut hic per Ancharanum in sexto notabili & in his concordant omnes Doctores.
52 Undecimo. Nota hic in vers. Ita tamen. In criminibus malitiam gravius puniri quam negligentiam, ut in littera, Anchar. in 7. notab. quandoque tamen negligentia dolo comparatur, scilicet cum dissoluta est, crassa & supina, l. Si fideiussor, ff. Mandati, & hic notat gloss. ultim. & communiter Doctores.
54 Ultimo nota ex hie textu, equiparationem, quae fit inter eos qui falsis litteris utuntur & eos qui falsas litteras impetrant, sed non exercent per se falsitatem: In utriusque enim in modo puniendi distinguitur, an id egerit per malitiam vel per simplicitatem seu ignorantiam, prout distinguitur in c. Super litteris de rescriptis, & hic intellectus magis placet Ioan. Andr. n. 5. in verb. Statuimus, Abb. in fin. Mar. Soc. n. 25. quam intellectus eorum qui dicunt provisionem superius factam circa eos, qui falsis litteris utuntur, hic extendi ad illos qui per suggestionem falsitatis impetrant litteras a Papa. Hic sane intellectus non est verus, quia tales non incidunt in poenas huius cap. Sed tamen puniuntur iuxta terminos d. c. Super litteris, quia tamen puniuntur modo litterarum & in expensis condemnantur, ut hic in gloss. ultim. & tradit Card. in c. final. col. ultim. in princ. vers. Per hoc dico infra eod. ubi expresse dixit impetrantem retropuniri per falsi subreptionem, aut taciturnitatem non incidere in poenam falsi, sed carere impetratis & insuper teneri ad omnia damna, & interesse & sequitur Praepolit. in c. In memoriam, n. 3. & 7. 19. dist. Alioquin si omnes impetrantes per subreptionem litteras Papales inciderent in poenas huius cap. O quam multi reperirentur illaqueati! Quare impetrantes litteras Papae per subreptionem vel obreptionem non esse excommunicatos censens S. Antoniu. in 3. par. tit. 25. cap. 13. Silvest. in verb. Excommunicatio, 7. n. 9. vers. Et secundo, Cardin. Cajetan. eod. ver. c. 26. & de materia, vide Ioan. de Anan. in c. Licet, nu. 2. in fin. vers. In gloss. falsitatis, & n. 3. 4. & 5. supra eod. & Marfil. in leg. Si quis obreperit, n. 11. & seq. ff. ad l. Cornel. de fals.

c. Ad Falsariorum.
Debet enim accerrima fieri indagatio, ubi poena est gravissima infligenda, ut l. Ubi, Cod. Ad leg. Cornel. de falsi. sed ubi civiliter agitur mitius est agendum, l. penul. Cod. eod. verum Host. hic n. 6. dicit forte speciale esse in falsario litterarum Papae, ut si notarius sit per evidenter facti, degradatur ex mente huius verbi deprehensi & idem est secundum eum, si per modum inquisitionis convincitur, & cum hoc simpliciter transit Ioan. Andr. n. 7. Butr. n. 14. sed Cardin. n. 3. intelligit, ut sint deprehensi, ita ut iudicialiter confiteri & sic utraque solutio in idem recidit secundum eum: Archidiaconus vero in c. In memoriam n. 11. ad finem vers. Item videtur contradicere 19. dist. tenet hanc poenam habere locum quando proceditur per viam accusationis, secus vero si per viam inquisitionis, quia tunc falsario litterarum Papalium imponitur poena perpetui carceris per c. Novimus §. fin. de verb. signific. & sequitur Colletar. hic n. 3. decepto hoc esse mitius & verius. Placet distinctio Abbatis hic n. 8. & Mar. Soc. n. 53. videlicet quod aut loquimur de poenis quae ipso iure infliguntur falsariis litterarum Papalium, ut poena excommunicationis & privationis officiorum ac beneficiorum, & tales intelliguntur iudicialiter eo ipso quod delictum est perpetratum nec est jus in civiliter vel criminaliter actum fuerit, quam Constitutio huius clem. etiam omnino occultum, ut dicit gloss. singularis in Clem. 1. in verb. Eo ipso de haeretico. licet possessione privati non possit nisi causa cognita & vocatus, ut tradit Ioan. Andr. in regula Mora n. 15. vers. Hinc est quod qui a principio titulum habuit de reg. jur. lib. 6. Aut loquimur de poenis per Iudicem infligendis, ut est poena degradationis & traditionis Curiae seculari; & in talibus procedit opinio glossae, ut non infligantur si civiliter agatur, sed solum si criminaliter sint convicti: Non tamen facias differentiam, an actum sit per viam accusationis vel inquisitionis, nam utroque casu, si convincatur est degradandus secundum opinionem Host. de qua supra, n. 60. cum qua Doctores videntur hic transire, & ad d. c. Novimus, §. fin. de verb. signific. respondeo ut hic per Bernard. in gloss. in verb. Includas, & Host. n. 4. vers. Et intelligas, videlicet quod poenitentia carceris perpetui hic de gratia imponitur, quia sic placuit Papae, non enim recipitur intellectus, quem posuit hic Innoc. in fin. utique quod falsarius non semper tradatur Curiae seculari, sed solum quando non est ipse de ipsius correctione, quoniam ut advertit Host. ubi supra in fine: si hoc verum esset, modica specialitas esset in falsario Bullarum Apollolicarum, quia non solum falsarius, sed & quilibet alius graviter delinquens, si de illius correctione spes non haberet, poenitentia traditur seculari, cap. Cum non ab homine, supra de iudic. vel de alio falsario, quam litterarum Papae loquitur ille textus, ut hic per Ioan. Andr. in extremis verbis.
Extra glossam. Quero utrum alius quam Papa possit cognoscere de crimine falsantium litteras Apollolicas; quidam negant per c. In memoriam, 19. dist. sed contrarium tenet in Archid. n. 11. per cap. Novimus, de verb. signific. Nec obstat. cap. In memoriam, quia ut hic notatur, non conitabat de crimine, nec reperitur reservatum concordat Collet. hic n. 1.



correctione, nam eo casu praesumitur possit sigillum esse adulterinum, & esset notabilis suspicio & rationalis, quod esset falsum appositum, vel quod forte aliquo ingenio literarum

essent dissimilata & rasura commissa, & postea sigillata; sed si intus eadem manu & forma; distinctura haeret mentio de abrasione, secus esset dicendum.

DE COLLUSIONE DETEGENDA

Alexander III. Norvien. Episcopo.

CAPUT III.

Audivimus usque adeo clericorum malitiam excrevisse, ut interdum inter se collusionem factam super beneficiis, quae possident, se sustineant ab aliis molestari: & postea, ut quaestioni cedatur, & iidem clerici beneficia quiete possideant, quasi nomine transactionis solvant aliis de beneficiis annuam pensionem, ut post mortem eorum in beneficiis illis, super quibus est collusio facta, sibi sibi valeant vendicare. Unde tibi mandamus, quatenus si quos clericos tuae jurisdictionis, per collusionem huiusmodi fraudem legitime tibi constiterit commisisse, eos beneficiis, super quibus collusum fuerit, non differas perpetuo spoliare, quia satis esset indignum, si fraus & dolus, quae in praedictum tui juris, & aliorum nituntur committere, in eorum non redderentur incommodum & iacturam.

SUMMARIUM.

- 1 Beneficio suo privatur qui per collusionem illud constituit censuale.
- 2 Colludens in causa beneficii privari debet beneficio.
- 3 Praelatus potest Ecclesiam constituere pensionarium.
- 4 Declaratur, num. 6.
- 5 Collusio quid sit.
- 6 Gestis per collusionem non tenent.

Audivimus. Beneficio suo privatur qui per collusionem illud constituit censuale. Hoc dicit secundum Joannem Andream & omnes vel generaliter secundum Abb. Sticolum. Colludens in causa beneficii privari debet beneficio; & primo refert collusionem, secundo facientes puniri mandat, hic, unde.

Nota ex textu Praelatum posse super fructibus beneficii annuam pensionem imponere, prout hic notat Bernardus post casum, dicens Praelatum posse Ecclesiam constituere pensionarium; & satis probat haec littera, nam in tantum pensionis impositio hic reprobat, in quantum facta fuit per collusionem. Ibi enim Clerici qui fingebant se rectores, habebant jus in beneficiis & pro bono pacis concordabant cum eis qui beneficia possidebant, ut tenerent ipsa quoad viverent: & in signum juris potentium solverent eis annuam pensionem, ut post mortem ipsorum possent actores possessionem beneficiorum intrare & per hoc illud abatur collatio, quae debet fieri per Episcopum; & in hac collusionem & fraude Papa hic fundat suam decisionem, ut patet in littera, hic. Si quis Clericus per collusionem huiusmodi fraudem legitime sibi constiterit commisisse. Est enim collusio inter actorem & reum latens & fraudulenta conventio, secundum gloss. 1. & Host. n. 1. unde collusum non debet remanere impunitum, c. Si quem penituerit 2. qu. 3. & gesta per collusionem non tenent, l. 3. ff. eod. secundum Innoc. hic in fine. Ergo a contrario sensu, cessante collusionem pensio fuisset valide imposita; non tamen excederet vitam solventis etiam collusionem cessante, cum esset imposita sine autoritate Episcopi, ut dicit gloss. secunda, cum qua concordat Innoc. in princ. inquit enim: (Hic pensio si bona fide facta sit, non excedit vitam paciscentis, nisi interveniat autoritas Episcopi,) allegat cap. De cetero & cap. Veniens supra de transact. & sequitur Host. n. 2. dicens pensionem sine autoritate Episcopi constitui non posse, & si

- 6 Pensio bona fide imposita super beneficio sine autoritate Episcopi non excedit vitam solventis, secus si cum Episcopi autoritate.
- 7 Contrarium.
- 8 Pensiones ex stilo solas Papa reservat, & nulla declarantur reservationes pensionum ad vitam factas Vicario Leodiensi.

constituta sit etiam licite vitam ejus qui solvit non excedere. Sentiant igitur gloss. Innoc. & Host. pensionem posse aliquando licite constitui sine Episcopi autoritate, scilicet pro bono pacis & concordiae, omni fraude & collusionem cessante, sed eo casu pensionem esse personalem, nec excedere vitam gravati. Ergo a contrario sensu per autoritatem Episcopi posse bona fide constitui pensionem realem duraturam in tempus successione in beneficio. Tu vero de hoc articulo dicit ut scripsi in c. Nisi essent de prob. ubi plenissime examinavi an & quando possit Episcopus sua ordinaria autoritate pensiones ad vitam vel perpetuas imponere a n. 14. usque ad n. 65. & ad hunc textum respondeo ut per Abbatem in 1. nor. videlicet hic vacare argumentum a contrario sensu, quia habemus jus expressum in contrarium, id est in dicto capite Nisi essent, quod irrefragabiliter probat Episcopum nec pro bono pacis posse annuas pensiones imponere quae transeant ad successores in beneficio, inducendo illud fortiter, ut hic dixi num. 40.

Quibus adde quod cum Vicarius Leodiensis delatus fuisset ad sane memoriam Paulum V. quod dispensationes in aliquibus casibus Sedi Apostolicae reservatis passim concederet & pensiones tam vitales quam perpetuas reservaret, Papa per litteras in forma Brevis huiusmodi gratias & reservationes nullas esse declaravit, eidemque inhibuit sub penis & censuris, ne de cetero similia attentaret; & cum postea Serenissimus Episcopus & Princeps Elector conquestus esset, quod se in auditu huiusmodi litterarum emanantem, Congregatio ad illius supplicationem super his controversiis deputata quoad facultatem reservandi pensiones, tamen Doctores varie distinguunt in capite Audivimus de collus. deteg. Cum tamen usus Sedi Apostolicae ubique receptus habeat ut solus Papa eas reservet, minime posse Vicarium hanc facultatem vendicare, totius negotii seriem retuli in c. cum de tua n. 11. & 17. sup. de corp. vitiat.

DE MALEDICIS.

Clemens III.

CAPUT I.

Inotuit nobis, & infra. Quia nobis per litteras retulisti, quod J. Clericus multis coram altantibus, verba quaedam in depressionem officii & beneficii nostri protulit, ipsum a temeritate sua compascas: Ut poena illius, aliis terrorem incutiat, ne de cetero contra Romanam Ecclesiam in talia verba prorumpant.

Inotuit. Maledicens Papae puniendus est, ut deinceps alii abstineant & terreatur. Hoc dicit Joannes Andreas. Et de pan. Pro intellectu hujus textus vide quod scripsi in c. licet n. 18. primo ponit culpam, secundo puniri mandat hic, Insum.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO

Deposito vel interdicto ministrante.

CAPUT II.

Si quis Presbiter, aut alius clericus fuerit degradatus, aut ab officio pro certis criminibus suspensus: & ipse per contemptum & superbiam aliquid de ministerio sibi interdicto agere praesumpserit: & postea ab Episcopo suo correptus, incepta praesumptione perduravit, modis omnibus excommunicatur, & quicumque cum eo communicaverit, similiter se sciat esse excommunicatum. Similiter de clericis, laicis vel feminis excommunicatis observandum est. Quod si aliquis ista omnia contempserit & Episcopus minime emendare potuerit, Regis judicio ad inquisitionem Ecclesiae, exilio damnetur.

SUMMARIUM.

- 1 Depositus vel suspensus celebrans & monitus non desistens excommunicatur; & si nec desistat, per saecularem potestatem ad requisitionem Ecclesiae auxilio damnatur.
- 2 Irregularis an efficiatur Clericus minorum Ordinum suspensus, excommunicatus vel interdictus ministrando in aliquo ex dictis ordinibus & n. seqq. usque in finem.
- 3 Poena ubi non est statuta, non est nostrum eam imponere.
- 4 Irregularitas non incurritur nisi in casibus in jure expressis & dicens aliquem irregularem, debet dare casum juris.
- 5 Clericorum appellatione veniant Clerici minorum Ordinum.
- 6 Jus generaliter & indistincte loquens, generaliter & indistincte intelligitur, nisi per aliud distinguatur.
- 7 Depoitur quis a minoribus Ordinibus sicut a majoribus & n. 12.
- 8 Irregularis in dabo prohibetur ministrare in Sacris Ordinibus, in minoribus vero permittitur dispensari.
- 9 Et an hoc casu dispenset Episcopus.
- 10 Ordinum minorum ministeria exerceri debent per Clericos Calibres tantum & in eorum defectum per Clericos conjugatos, non tamen bigamos.
- 11 Irregularis sicut Clerici ministrantes in prima tonsura & in minoribus Ordinibus simoniaci susceptis ex Constitutione Sixti V. hac in parte non revocata per Clementem VIII.
- 12 Ordines minores in quantum sunt Sacramentum, ordinantur omnes ad Sacramentum Eucharistiae.
- 13 Et secundum se sunt Sacri.
- 14 Interdictum violat qui in officio suo ministrat sicut prius, licet sit Clericus minorum Ordinum & irregularitatem incurrit & n. seqq. usque in finem.
- 15 Secus si exerceat aliquid non deputatum certo ordini, ut cantare responsoria, dicere Psalmos & huiusmodi.
- 16 Item secus si sit deputatum certo ordini, sed ex consuetudine exerceatur etiam per laicos, ut in Epist. la. quae sine apparatu dicitur per quemcumque.
- 17 Clerici suspensi, excommunicati vel interdicti qui tanquam Clerici ex officio suo exercent actum alicui ex dictis ordinibus deputatum irregularitatem incurunt ex voto Sacrae Penitentiae.
- 18 Consuetudo quae minorum Ordinum funciones excludit, censetur



DE CRIMINE FALSI.

Idem Innocentius III.

CAPUT IX.

EX conscientia: & infra. Verum litteras ipsas, quæ redarguæ fuerant falsitatis, diligentius intuentes, nullum in eis falsitatis signum, vel suspicionis invenimus, nisi paucarum litterarum rasuras, quæ nequaquam sapientis animum in dubitationem vertere debuerunt: Unde si vobis conluerit prædictum R. obligasse se sub periculo causæ, quod litteras illas falsas esse probaret (cum quilibet ad renuntiandum juri suo liberam habeat facultatem) ipsi R. super dicta Ecclesia silentium imponatis.

SUMMARIUM.

- 1 Rescriptum non probatur falsum ex rasura paucarum litterarum in loco non suspecto & n. 13.
- 2 Rasura multarum litterarum pura linea, in rescripto inducit suspicionem falsitatis.
- 3 Secus si rasura sit talis, quæ animum sapientis in dubitationem non vertat.
- 4 Suspectio modica non debet animum sapientis immutare.
- 5 Beneficiatus quoad sui præjudicium potest se obligare ad penam sperandis beneficiis: secus quoad præjudicium superioris.
- 6 Litteræ Apostolicæ non redduntur falsæ ex rasura facta ab officiali Curia etiam in loco suspecto.
- 7 Litteræ Bullatæ possunt abradi, & corrigi ab officialibus Cancellariæ quando non concordant cum supplicatione vel quando minus bene fuerunt expeditæ.
- 8 Rasura quantumvis modica in litteris Apostolicis facta ab impetrante seu utente, reddit eas falsas, & radens est falsarius & excommunicatus & n. seq. Non tamen incurrit penam l. Corn. de falsis, nisi hoc faciat cum dolo. Et dolo præjmitur, cum aliquid immutat ex substantiis vel in loco suspecto n. 11.

EX Conscientia. Preter paucarum litterarum rasuram in loco non suspecto rescriptum non probatur falsum. Hoc dicit secundum Joannem Andream & omnes. Primò definit objectum dubium. Secundò objectionem panitii mandat, hic, Verum.

Nota primò ex textu regulam quod rasura paucarum litterarum in rescripto Apostolico, non inducit probationem falsitatis de quo latius dicitur infra in examinatione materie Ergò à contrario secus si rasura sit multarum litterarum ut c. Venerabilis, §. 1. supra de Religiof. domib. & cap. Licet, vers. Quinta supra eodem, ubi de hoc & notat hic Holt. in princ. in ver. Peccatum, unde, ut dicebat Joannes relatus à Joan. Andr. n. 6. & Mar. Soc. n. 7. in fin. licet rasura littere non inducat suspicionem falsitatis c. Cum olim il secundo infra de privileg. tamen rasura lineæ utique eam inducit.

Secundò nota hic, sapientis, non quamlibet rasuram inducere probationem seu suspicionem falsitatis litterarum Apostolicarum, sed illam tantum, quæ debet sapientis animum in dubitationem vertere, ut hic per Abb. in 2. notab. nam modica suspicio non debet sapientis animum immutare; arg. hujus textus, & cap. Judices, l. 1. q. 1. & cap. Esti questioe, §. fin. supra de simon. cum suis concordant. secundum gloss. J. ante hic in ver. Sapientis, & Holt. n. 2. qui in fine addit suspicionem probabilem debere ipsum asseruare, ut patet in capite secundo ubi de hoc supra eodem.

Ultimò nota hic, obligasse se sub periculo causæ. Beneficiatus potest se obligare ad penam perdendi beneficium;

- Aut cum falsificans talibus utitur n. 10.
- 9 In littera Papali nec punctum fieri, nec deleri potest sine metu excommunicationis.
- 12 Dolo præjmitur in his, quæ sunt de genere prohibitorum.
- 14 Rasura paucarum litterarum, cum dubium est à quo facta fuerit, non reddit litteras falsas, si fit in loco non suspecto, aliàs secus.
- 15 Rasura quando reperitur in loco non suspecto præsumitur facta per officialem, sed in loco suspecto præsumitur facta per impetrantem.
- 16 Et quando dicitur locus suspectus.
- 17 Rescriptum non redditur falsum, nec suspectum ex rasura in narrativa facti.
- 18 Rescriptum redditur falsum ex rasura scripta manu diversa etiam in loco non suspecto.
- 19 Secus si eadem manu.
- 20 Et in dubio præsumitur manus diversa si fit in loco suspecto.
- 21 Litteræ Apostolicæ si sint redditæ clausæ, non vitiantur ex rasura in quocumque loco fit.
- 22 Nisi character in loco rasurae sit valde difformis.

simile in cap. Cum dilectus, supra de elect. quo verum est quoad sui præjudicium, secus quoad præjudicium superioris quia talem permissionem potest Superior rescipere seu non acceptare, ut in c. admodum & in c. Quod in dubiis, supra de renunc. & hic notat Mar. Soc. n. 7.

Abolutis breviter notabilibus, venio ad materiam & ad 6 clariorem textum intelligentiam distingo tres casus ex mente Laurentii & glossæ in c. Licet in verbo Tenem supra eodem & Mar. Soc. hic n. 10. & seq. Quandoque enim abradio in litteris Apostolicis facta fuit à Cancellario seu alio ex officialibus Curia in quantum unicuique ratione officii est commissum; & hoc est certum, quandoque facta fuit ab interpretante seu utente; & hoc similiter est certum, quandoque verò ignoratur à quo facta fuerit; & sic versamur in dubio.

Primo casu, cum scilicet est certum abradioem fuisse factam ab officiali Curia manifestum est eam non inducere falsitatem in litteris Apostolicis, ut firmant in c. Ex litteris supra de fide instr. Innoc. in fin. in verbo Abradi, Holt. n. 5. Joan. Andr. n. 4. in eod. verb. Bellam. n. 2. Butr. n. 4. vers. Quæro à quo possit abradi & Card. n. 1. in fin. nec distinguunt hoc casu an rasura fit in loco suspecto, quia nihilominus cum apparet facta ab officiali, non reddit fallum rescriptum, ut hic per Abbatem, n. 4.

Quod si quæris in quibus casibus officialis possit abradere & corrigere litteras Bullatas, respondeo id posse in his casibus in quibus litteræ non concordant cum supplicatione seu matrice, vel quando litteræ minus bene expeditæ reperitur, ut patet in regula de non iudicando juxta formam supplicationis

De Crimine Falsi, c. Ex conscientia

plicationis, in illis verbis; Et si littera ista per præoccupationem vel aliis minus bene expedita reperiantur ad illarum quorum interest, instantiam ad Apostolicam Cancellariam remitti poterunt per ejus officiales, quibus hujusmodi tenores & formas restringere convenit, ad formas debitas reducenda.

Secundò casu, id est cum certum est abradioem fuisse factam ab impetrante, vel utente; hæc sit conclusio quod modica quilibet rasura in litteris Apostolicis etiam si sit unius sillabæ, unius litteræ vel puncti reddit eas falsas, & sic radens est falsarius & excommunicatus: ita Goffredus in summa hujus tituli, n. 9. Glossa in c. Licet, §. Si verbò litteræ, in ver. Tenem, supra eod. Holt. in cap. Ad falsariorum, n. 4. in fin. in ver. Falsitatis, supra eod. & in c. Ex litteris, n. 2. in ver. In alia littera quam Papali, de fide instr. ubi ait: In littera Papali nec punctum fieri, nec deleri posse sine metu excommunicationis; & idem repetit, n. 4. in ver. Abradi, & concordat hic, eod. n. Bellam. n. 3. Butr. n. 4. vers. Unde dicit Hostiensis, Cardin. n. 3. post medium, Imola, n. 4. & Abb. post num. 3. Archid. in c. In memoriam, n. 9. 19. dist. & hic Bellam. n. 7. & Preposit. n. 15. vers. Et considerandum, Abbas, hic n. 4. hic: (Si ille impetrans rasiliter, falsarius induceretur quantumcumque rasura esset modica,) ut in cap. Licet, hic: Aliquid per rasuram tenem immutat, supra eod. & eum sequitur Mar. Soc. hic n. 9. vers. Idem si apparet facta ab impetrante, Afflicti. Dec. 4. q. 4. post. n. 8. & n. seq. ubi pluribus ostendit rasuram in litteris Principis & prælerim Papæ falsitatem inducere, si ve reperitur in loco suspecto, si ve non suspecto & si ve fuerit nociva, si ve non: quando fuit non ab officiali publico, seu Cancellario, sed ab impetrante. Nec distinguitur an modica sit rasura, ut idem Afflicti tradit in Constitut. Qui littera, n. 1. vers. Nec distinguitur an modica sit rasura: unde secundum Laurentium hic relatum à Marino Socino n. 9. etiam si rasura esset in facti narratione & conlueret, quod esset facta ab impetrante, obesset, ut cap. Significante & cap. Rodolphus de rescriptis, quibus addit Hostiensis, in summa hujus tituli §. 2. vers. Quinto in fin. ubi dicit: (hodie præceptum est ut in litteris D. Papæ nec in magno numero, nec in modico audeat quis manum apponere etiam litteram unicam vel dimidiam vel punctum unicum addendo, cancellando, diminuendo, componendo, aut mutando; exceptis officialibus, quibus hoc permittitur est; alioquin manum apponens ex Canone lato in Curia ipso facti sententiam excommunicationis incurrit, quæ non potest per aliquem citra Sedem Apostolicam relaxari & tales difficillimè absolvuntur sine pena;) & quamvis Navarr. in Manuali c. 17. num. 62. cap. Quidam fol. 118. dixerit non sufficere aliquam litteram vel punctum corrigere, quod non mutat substantiam aliquam, ut faciat incidere in excommunicationem latam in falsarios litterarum Apostolicarum, saltem quoad forum conscientie, cum id facere bona mente sine dolo & ullo alterius damno non videatur mortale, non tamen videtur recedendum à communi opinione, quam etiam tenet Card. Caiet. in summa in ver. Excommunicatio c. 26.

Ceterum adverte secundum Marian. Socin. hic n. 12. circa finem, quia si talis dolo mutaret, abraderet seu cancellaret, puniri deberet poena falsi, & alius poenis, quibus falsarius litterarum Apostolicarum puniuntur, de quibus in cap. Ad falsariorum supra eodem, & præsumeretur dolo fecisse, si aliquid corrigeret, abraderet vel induceret, quod esset de substantiis litterarum vel in loco suspecto, & importante aliquod præjudicium non leve; & ita intelligendus est textus in c. Licet supra eod. & quod hic notat gloss. in ver. Tenem, sed si extra substantia vel circumstantias necessarias abraderet vel immutaret, ut in cognomine vel agnomine, vel similibus, tunc arbitrandum esset hoc fecisse potius per simplicitatem quam per malitiam. Unde forte non tenetur poena, leg. Cornet. de falsi. Effet tamen excommunicatus, ut dictum est, & carere deberet omni commodo litterarum, ut in c. Cum olim, supra de offic. Delegat. & quamvis ille textus loquatur tantum de sapiente & destruttore solum sigillum, tamen satis placet ut non tenetur poena leg. Cornet. quia hujusmodi poena non tenetur nisi dolofofo leg. Nec exemplum Cod. ad leg. Cornet. de falsi, gloss. l. 1. in c. Ad falsariorum supra eod.

Neque obstat quod in genere prohibitorum præsumatur dolo, ut notatur in c. supra de præjumpt. & consequenter cum etiam punctum & litteram removere, qui ad hoc allegat l. Cancellaverat ff. de his que in testamento delentur, & quod notatur in cap. Inter dilectus supra de fide instrum. & in c. Cum olim de offic. Delegat. & in d. l. Comparationes, Cod. de fide instrum. & in d. l. Si unus Cod. de testam. & est communis conclusio, ut dicit Mar. Socin. hic n. 10. qui tamen eam limitat & bene, dummodo character in loco rasurae non sit ab alio multum difformis, aliàs secus; prælerim si esset magna & notabilis rasura & esset in loco suspecto, nec fieret aliqua mentio intus de

aperte, secus verò si clausa, quia tunc, ut dicit gloss. in c. Licet in ver. Tenem supra eodem, non nocet rasura in quocumque loco fit & idem voluit Laurentius, qui ad hoc allegat l. Cancellaverat ff. de his que in testamento delentur, & quod notatur in cap. Inter dilectus supra de fide instrum. & in c. Cum olim de offic. Delegat. & in d. l. Comparationes, Cod. de fide instrum. & in d. l. Si unus Cod. de testam. & est communis conclusio, ut dicit Mar. Socin. hic n. 10. qui tamen eam limitat & bene, dummodo character in loco rasurae non sit ab alio multum difformis, aliàs secus; prælerim si esset magna & notabilis rasura & esset in loco suspecto, nec fieret aliqua mentio intus de

notata in l. Divus, ff. ad leg. Cornet. de falsi. Tertio casu, cum scilicet dubium est, à quo facta fuerit abradio in quibus terminis intelligitur hoc cap. Concluditur sit quod rasura paucarum litterarum facta in loco non suspecto non reddit litteras falsas. Casus est in hac decretali quæ tamen indefinitè determinet paucarum litterarum rasuram non inducere suspicionem falsitatis; tamen communiter à Doctõribus intelligitur, si rasura hujusmodi fit in loco non suspecto, aliàs secus & in specie sic tradit Bernardus hic post casum dicens: (Nota quod rasura paucarum litterarum non reddit fallum scriptum, nisi esset in loco suspecto,) prout hic intelligitur & tenent Joan. Andr. Butr. Card. & Anchar. Abb. & omnes in sum. textus. Ad idem est casus expressus in cap. Ex litteris supra de fin. instrum. quem sic summat Joan. Andr. & reliqui post eum, videlicet rescriptum Apostolicum propter rasuram in loco non suspecto non censetur vitiosum.

Ratio hujus conclusionis est, quia quando rasura reperitur in loco non suspecto, præsumitur facta per officialem; secus verò si reperitur in loco suspecto, quia præsumitur facta per impetrantem vel utentem; & ideo talibus litteris fides non adhibetur, ut hic declarat Abbas, n. 4. vers. Sed quando, Joan. de Anan. n. 3. & Mar. Soc. n. 9. vers. Sed quando, Bellam. in c. In memoriam, n. 4. & hic etiam Turrecrem. n. 3. vers. Alio modo, & Prepositus n. 8. & 10. dist. 19. Vitalinus in Rubrica de crimine falsi, in Clem. n. 5. vers. Sed rasura in loco suspecto; & ita intelligendi sunt Doctores, qui simpliciter aiunt, in dubio abradioem præsumi factam ab habente autoritatem corrigendi, ut puta officialibus Cancellariæ, scilicet si apparet in loco non suspecto, aliàs secus. Hi sunt in c. Ex litteris de fide instrum. Joan. Andr. n. 4. vers. Sed in dubio, Butr. eod. n. vers. In dubio præsumitur, Card. numer. 2. in fin. Anchar. in 3. notab. vers. Ubi autem apparet abradio & Joan. de Anan. n. 3. & hæc præsumptio oritur propter Bullam in litteris Apostolicis appositam quæ omnem suspicionem excludit secundum Card. ubi supra.

Dicitur autem locus suspectus si abradio fiat in nominibus iudicium, vel in data, vel in remotione appellationis, ut exemplificat gloss. in c. Inter dilectus in veri Consumptum de fid. instrum. cum qua concordat hic Innoc. n. 3. in ver. Annotatione, Holt. n. 4. Joan. Andr. n. 29. Butr. n. 14. & n. 20.

Ergò si rasura fit in narrativa facti propter hoc rescriptum Apostolicum non redditur falsum, nec suspectum, ut est casus ad litteram in d. c. Ex litteris de fide instrum. & hic notat gloss. penult. & communiter omnes.

Item gloss. l. 1. hic & Holt. post princ. in ver. Rasuras, Goffredus in summa hujus tituli n. 9. Holt. in sum. eod. tit. n. 3. vers. Quinto cum litteris Babatis, Joan. de Anan. in cap. Licet n. 7. vers. Adde etiam supra eod. Turrecrem. in c. In memoriam, n. 2. vers. Alio modo 19. dist. Afflicti. decis. 404. n. 5. Itaque tunc obicit rasura in facti narratione, quando apparet facta ab impetrante, ut in secundo casu; secus verò si dubitetur, ut in hoc tertio casu, quia non obest & ita intelligitur d. c. Ex litteris, de fide instrum. ut declarat Laurentius, quem hic sequitur Mar. Soc. n. 9. vers. Unde voluit.

Adverte tamen, quia si abradio scripta sit manu diversa, tunc licet reperitur in loco non suspecto, indubitanter reddit litteras falsas. Quod pluribus modis potest deprehendi nempe ex encaulio seu atramento & specie, & forma litterarum & aliis similibus modis, secundum quod traditur in l. Comparationes, Cod. de fide instrum. & in l. Si unus, Cod. de testamento, & è converso non obicit rasura in quocumque loco reperitur, si eadem manu fuerit scripta, ut post Laurentium voluit gloss. in c. Licet in ver. Tenem supra eod. Verum si dubium sit, an eadem vel diversa manu scripta, tunc recurrit ad consuetudinem loci, nam si reperitur in loco suspecto; tunc præsumitur scripta non eadem manu, sed diversa; & ideo reddit rescriptum fallum, ut dicunt Abb. hic n. 4. & Joan. de Anan. n. 3. Holt. in d. c. Ex litteris eod. num. in princ. & vers. Nisi constaret, & hic etiam Joan. Andr. n. 7. in fin. eod. vers. Et Anchar. n. 3. itidem in fin. de fide instrum.

Predicta procedunt si litteræ Apostolicæ sint redditæ aperte, secus verò si clausæ, quia tunc, ut dicit gloss. in c. Licet in ver. Tenem supra eodem, non nocet rasura in quocumque loco fit & idem voluit Laurentius, qui ad hoc allegat l. Cancellaverat ff. de his que in testamento delentur, & quod notatur in cap. Inter dilectus supra de fide instrum. & in c. Cum olim de offic. Delegat. & in d. l. Comparationes, Cod. de fide instrum. & in d. l. Si unus Cod. de testam. & est communis conclusio, ut dicit Mar. Socin. hic n. 10. qui tamen eam limitat & bene, dummodo character in loco rasurae non sit ab alio multum difformis, aliàs secus; prælerim si esset magna & notabilis rasura & esset in loco suspecto, nec fieret aliqua mentio intus de

postmodum præsentia constitutus, & si suum recognoscere, & confiteretur excessum, & non iudicium, sed misericordiam postularet: hoc tamen inter alia in sua excusatione proposuit, quod cum dictus Magdeburgen. non esset ordinarius iudex eius, non crederat, quod monitione non præmissa, autoritate delegata posset procedere contra ipsum, aut sententiam in eum aliquam promulgare: Unde cum nec ante factum monitorias, nec post litteras ab eo aliquas accepisset, peccare non credit, si divina officia quantumcumque solemniter celebravit: præsertim cum ei non nisi per famam, de sententia contra eum prolata conitaret: & infra. Licet autem in hoc non videatur omnino culpabilis exitisse: quia tamen in dubiis via est tutior eligenda, etsi delata in eum sententia dubitaret, debuerat tamen potius se abstinere, quam sacramenta Ecclesiastica pertractare. Illud autem quod sub spe veniæ divina sibi fecit (postquam se à nobis excommunicatum noverat) celebrari, & communioni fidelium se ingessit, potius contra eum facere credimus, quam pro eo: cum sub fiducia penitentiarum non debuerit deliquisse, & excommunicato non vitare, multo magis, quam non vitari periculosum exiit: non vitare siquidem, cum in eo sit, excommunicatus sine delicto non potest, sed cum ex aliis pendeat, sine suo delicto poterit non vitari: & infra. Cum eo misericordiam facientes, penam, quam canon infligit his, qui post excommunicationem divina præsumperint officia celebrare, vel se celebrationi ingesserint divinorum, ei non duximus infligendam.

SUMMARIUM.

Excommunicationis notitiam habens per famam & celebrans deponitur de rigore.

Illud. Si habens notitiam excommunicationis per solam famam celebrat, debet de rigore deponi, licet cum eo posset misericorditer dispensari. Hoc dicit, & est casus notabilis, Abb. Sicul.

In textu hic, Periculosum existat. Probat hæc litera in

concursum opinionum probabilium, ubi adest periculum peccati, eligendam esse opinionem tutiorem ex necessitate præcepti, inducendo textum, ut scripsi in cap. Ne imitari, n. 193. supra de Constit. quod locum habet non tantum in materia irregularitatis, sed etiam omni alia & sine dubio sit facti, sive juris vel persone, ut hic dixi num. 152. cum pluribus seqq. & hic plenè videas de electione opinionis probabilis, à num. 13. usque ad num. 311.

DE CLERICO EXCOMMUNICATO

Idem Innocentius III. & Priori Colonien.

CAPUT VII.

Postulatis per sedem Apostolicam edoceri: & infra. Consultationi vestræ respondemus, quod cum excommunicatis communicari non debeat, clericis excommunicationis vinculo innodatis Ecclesiastica beneficia conferri non possunt, nec illi valent ea licitè retinere; nisi forsitan cum eis fuerit misericorditer dispensatum;

cum ea non fuerint canonicè consecuti. Illi verò qui scienter illa beneficia talibus contulerunt, tandiù debent à beneficiorum collatione suspendi, donec super hoc veniam consequi mereantur: ut puniantur in hoc, in quo delinquere præsumperunt.

Quævis præterea qualiter puniri debeant Clerici, Monachi, vel Moniales Ecclesiarum Conventualium, qui post latam interdicti sententiam in locis suppositis interdicto, præsumperunt hætenus, & adhuc etiam non verentur divina officia celebrare, quamvis propter hoc sint excommunicationis vinculo innodati. Ad hoc breviter respondemus, quod Clerici, qui talia præsumperunt, sunt Ecclesiasticis beneficiis spoliandi, Monachi verò, vel Moniales in arctioribus Monasteriis ad peragendam penitentiam detrudendi.

SUMMARIUM.

Collatio beneficii excommunicato facta non valet & scienter conferens, à beneficiorum collatione suspenditur & n. 3. & 8.

Secus si ignoranter n. 9.

Celebrans in loco interdicto, si Clericus est, à beneficio deponitur, si Monachus vel Monialis in arctius Monasterium detruditur.

Excommunicatus tenetur cedere beneficio post excommunicationem obtento, nec potest illud salvè conscientia retinere.

Dispensare potest Episcopus cum excommunicato, ut retineat beneficium post excommunicationem sibi collatum.

Dum tamen non sit ille idem Episcopus qui scienter contulit.

Et quid si collatio fuerit facta per Papam & numero sequenti.

Clausula absolutiois à censuris in litteris Apostolicis reddit gratiam efficacem & validam, non obstante exceptione excommunicationis.

Collatio beneficii facta excommunicato etiam occulto est nulla & n. seq.

Occultum non distinguitur à manifesto in his que non geruntur ratione publici officii, sed concernunt privatam utilitatem excommunicati.

Collatio beneficii facta excommunicato non tenet etiam si communi reputatione habeatur pro absoluto.

Nec validatur per sequentem absolutionem.

Collatio beneficii facta excommunicato absoluto in foro penitentiali in vim Bullæ Cruciatæ vel Jubilæi, an sit valida nec ne & n. seq. usque in fin.

Absolutus in foro penitentiali in vim Bullæ cruciatæ aut Jubilæi, non censetur absolutus in foro exteriori & n. 22.

Beneficii affectio est actus certinus ad forum externum.

Excommunicatus licet absolutus in foro animæ, non potest se immiscere Divinis Officiis.

Postulatis. Collatio beneficii excommunicato facta non valet & scienter conferens à beneficiorum collatione suspenditur hoc primo. Celebrans in loco interdicto, si Clericus est, à beneficio deponitur; si Monachus vel Monialis, in arctius Monasterium detruditur. Hoc secundo Joannes Andr. Botrius, Cardinalis, Ancharanus, Abbas & Marianus Socinus. Secunda pars hic. Quævis, & subdivisio patet.

Nota primò hic conferri non possunt, collationem beneficii Ecclesiastici factam Clerico excommunicato, esse ipso jure nullam, nam verbum possunt, præcedente negatione, tollit penitentiam & inficit actum ipso jure, ut notat glossa ordinaria in c. Beneficium in verbo Non potest de reg. jur. lib. 6. quam Bart. & Scribentes omnes sequuntur in l. Gallus, ff. de liber. & posthum. & hic testatur Jason n. 19. 20. & 23. & scripsi plenius in c. Cum dilectus, n. 57. cum duobus seqq. supra de consuet. Unde nec potest beneficium in excommunicatione obtentum salvè conscientia retinere, cum non fuerit canonicè institutus secundum Abbatem hic n. 2. Mar. Soc. n. 6. nec intraverit per os in ovile, sed tanquam fur, ut dixit Rota dec. 83. n. 16. & 17. par. 7. recent. quod videtur esse contra Compottellanos in c. quid sicut, n. 19. vers. Item dicitur supra de elect. ubi tenet excommunicatum electum non teneri cedere, licet ejus electio sit nulla, & cum dilectus supra de consuet. sed hoc non patitur hæc Decretalis,

Et in publico debet se gerere tanquam excommunicatum.

Et puniri potest in foro judiciali.

Forus conscientie & forus judicialis tendunt ad diversos fines.

Excommunicatus quibus penis afficitur in foro animæ & quibus in foro externo.

Excommunicatus per absolutionem in foro penitentiali à quibus penis liberetur, ibidem & n. seq.

Absolutio ab excommunicatione in foro animæ non tollit penas fori externi.

Electio celebrata nullo consensu eligentium, non servat formam, c. quia propter suffragat electio in foro conscientie quoad hoc tantum ut cedere non teneatur, sed non valet in foro externo.

Excommunicatus absolutus in foro conscientie tantum parte opponente, nunquam debet admitti ad participationem Sacramentorum ac Divinorum celebrationem.

Excommunicato occulto in foro externo non impedit beneficii affectio.

Expenduntur Auctores in decisione Rotæ allegati & num. seq.

Absolvendi facultas in utroque foro, satisfactâ parte alii quando consuevit concedi in Bulla Cruciatæ vel Jubilæi & n. 29.

Penitentiarum an habeant facultatem absolvendi in foro externo.

Absolutio in foro penitentiali probatur dicto Presbyteri attestantis se absolvisse.

Clausula satisfactâ parte solet apponi in Bullis, quando datur facultas absolvendi in utroque foro.

Absolutio in foro externo ad effectum validitatis gratie probatur dicto solius Penitentiarum.

Absolutus à simonia occulta ac dispensatus ab Episcopo in vim Concilii Tridentini, c. 6. sess. 24. non censetur absolutus ac dispensatus ad beneficia obtinenda.

ut inquit Joannes Andreas hic n. 6. ad finem. Butr. n. 10. vers. Compottel. Abb. d. n. 2. & Mar. Soc. n. 16. nam si non potest beneficium licitè retinere, ut dicitur in littera, sequitur per necesse ut teneatur illud limitare & de veritate opinionis Compottellani que etiam fuit Innocentii in eod. c. quid sicut, vide Archid. in c. si cui sub n. 1. in ver. firmatis de elect. lib. 6.

Secundò nota hic, misericorditer dispensatum. Cum eo qui in excommunicatione beneficium est affectus, si postea fuit absolutus, posse dispensari ut illud retineat, ut in littera. Et sic nota dispensationem fieri posse etiam ubi collatio non tenet secundum Abbatem hic n. 2. vers. Nota quod dispensatio de Mar. Soc. n. 6. Talis enim dispensatio habet vim collationis secundum Card. n. 5. vers. Solutio, ita ut non sit opus novâ collatione, ut per Abbatem sub n. 8. vers. Intellige. Mar. Soc. n. 17. & Rebuff. in glossa n. 70. & cum textus non aperiat à quo debeat concedi dispensatio, videtur relicta potestas dispensandi Episcopo, ut hic tenet glossa 3. Goffredus & Innoc. in prin. dicens. (Cum Papa non retineat dispensationem sibi, Episcopus dispensare potest) c. Nuper infra de sent. excomm. Abb. n. 8. Mar. Soc. n. 16. Rebuff. n. 64. Specul. in tit. de dispens. §. Nunc de Episcoporum, vers. 16. Covar. in c. Almazan par. 1. §. 7. n. 8. de sent. excomm. lib. 6. sed hoc notabiliter limitat Abbas hic n. 9. & Mar. Soc. n. 16. in fin. dummodò non sit ille idem Episcopus qui scienter contulit,

